

aut mittendis occupati, cogor me hoc fidei commisso, libere
rare a laeva manu: meam tibi tamen constanti amici-
tia pesseram, traditurus, si quid hodie tibi interesset,
quo ab hac Praetoria abesse, et te convenire debet; Utrumque
acciderit; tu vale, et proficiscentem bonis votis comitare

Tuum,

C. H.

In Auchenis ad Dordrechtum
vii. Id. Maij. MDCLXL.

Banno.

Vir Amplissime ac doctissime

(286)

Quam vanam suspicionem dubitaneris imponere tibi Gallas destinasse,
 tandem comperis. serio nimirum hoc agit omnium literarum
artium atque artificum proceres Mersennius, ut collectis
cautionibus tuis et Gallorum, animi auditorum arguant
quae utraque majorem in se impetum faciant. Quid ex
theoria fundamentis ipse praestiteris, tuce nostri, ut Boësetius
eodem versiculis casu vel consuetudine expresserit, hic habes:
subiunctis aliis merè tristicis ac luctuosis, ut, si libet, alterum
hoc vestri periculum inter vos faciatis, nobilissimi Athletae.
Gallicum enim exemplar Manuscriptum, ne fucam rursus
extimescas, jam nunc in potestate mea est, una cum
puroe copia; cuius rei fatendum est mortales illos longe
peritissimos esse, naturam simul atque habitum. Vellem
primus omnium artifex Varennius non te sefellisset. Expectus
esses, quam volubili ac suavi severitate gutturi imperent,
auribus omnium et exquisitissima doctorum attentioni, satis
faciant. Expectas tuae de cautione quod senserim, ego vero
magis expecto, ut me doceas ad quam amissim, quibus ad
scientiam naturae factis vocabulis disserere merde omni matu-
lacione deceat. Compendium, inquam, quod promiseras, ante
expecto, mox animi mei sensu congruis verbis ac sententiis
et bona ita fide expositurus. Superest, ut mirabili puella
Maria Schurmannae exemplar horum omnium meo nomine
et Mersenni transmittas instructus amanuensi musico ap-
prime sedulo, atque elegantissimo. Habet hoc reverendus Pater
et non nihil causae est, cur ad ipsam virginem scribere directo
meam manu. frustra id expectus aliquoties, postquam sibi
nescio quem de viduitate mea serupulum injecit, ridiculum
hercule, et ineptum; quod meo suspicantem, cum non rescri-
beret, amici insuper cum risu monueres. Musicae novos
characteres nuper adeo a Mersennio mihi datos, ad eandem
virginem, si placet, perferendos curabis. mihi nondum tanti
fuere, ut describendos dederim. publici aliquando juris ista sub
currentes praesto fient. Vale vir amice et memor vive

Tui.

C. H.

Maldeghem 26. Idij. 1640.
Si quid rescribis, domi mea, et soli cognata
Catharina Queria commendari tuto poterit.

Boxhornio